

Octava.

Diverse excu-
sationes.

Nona.

Decima.

Confessio uti-
lis est ad mul-
ta.

Item Ecclesiastici xxxvij. Ante oia ver-
bum verax precedat te. Contra qd fecit
cayn qui interrogatus vbi est abel fra-
ter tuus mentitus est domino dicens ne-
scio. Gen. iij. **O**ctava conditio cofes-
sionis est vt sit accusatoria qd notatur cuz
dicit aduersum me: non aduersus deum vt
adam: no aduersus fatum vt astronomus:
no aduersus diabolum vt populus stultus
sed aduersum me. Augu. super illud psal.
Ego dixi dñe miserere mei sana animam meam
qz peccaui tibi dicit: Ego no fatum non for-
tuna: no diabolus. Talis fuit confessio da-
uid: scdi regu xij. Ego sum qui peccaui z
ego inique egi. **N**ona conditio est qd co-
fessio sit humilis: quod notat cu ait iniu-
stias. Verus humilis iniustias z pctā
confitef no iniustias si quas fecit vt phari-
seus qui dicebat Luce xvij. Gratias tibi
ago dñe qz no sum sicut ceteri hominum zc.
Sic etiā soliti sunt facere hypocrite **E**lāt
enī peccata sua z iniustias suas et bona
sua patefaciūt. Bern. in sermone quodā
natiuitatis dñi: Tunc confessores eritis si
oia vita vestra confiteat vos peccatores z
dignos multo maioribus penis. **D**eci-
ma conditio confessionis est qd sit satisfacto-
ria z cu proposito emēdandi: quod notat
cum dicit dño: cui scz de cetero seruire p-
pono qui ante obsecutus sum diabolo.
Augu. libro sniaz prosperi. Bona est pec-
cati confessio si sequit correctio. Nam qd
pdest detegere plagā z no adhibere me-
dicinā? Hinc Joelis. ij. dicit: **Q**uertimi-
ni ad me in toto corde vestro in ieiunio: z
fletu z plāctu: z scindite corda vestra z no
vestimenta vestra ait dñs oipotens. **S**e-
cundū aut videlicet utilitas z fructus co-
fessionis notat in verbis sequētibus cuz
dicitur (Et tu remisisti impietatez cordis
mei) **U**bi notandū qd confessio peccato-
rum prefatis conditionibus pditionata ē
utilis ad multa. **P**rimo ad remissionē
peccatoz vt patet ex hoc loco cu dicit: et
tu remisisti impietate peccati mei. Et scdi
regu ij. Dixit dauid ad nathā prophetaz
Peccaui dño: z statiz rñdit nathan: Dñs
transulit peccatū tuū a te. Aug. Nullum
tam magnū peccatū quod no pfessione delea-
tur vel elemosynaz largitate emūdetur.
Secdo valet ad purgationē animi. Est

enim confessio quidam vomitus veneni
diabolici. Ecclesiastici xxxj. Si coact⁹ fue-
ris in comedēdo multū: surge e medio et
vome z refrigerabit te. Crisostomus: **C**o-
fessionē puta esse digestionē impuritatis
z spurcitie que intus erāt incluse. Et sicut
in corpore sanguis frequēter excrecēs fre-
quenter exquirat minutionē ad salutē: sic
sanguis peccati cōtinue excrecēs frequē-
ter requirit confessionē. **T**ertio valet
ad ornamentū z decorē aīe. Unde pphe-
ta. Confessionē z decorē induisti. Bern.
in epistola: **A**ma pfessionē si affectas deco-
rem: **C**onfessionē iungit decor: iungit pul-
chritudo. Reuera vbi pfessio: ibi pulchri-
tudo: ibi decor. Si peccata sunt in cofes-
sione lauant: si bona opera in pfessioe emū-
dant: cu mala tua confiteris exhibes deo
sacrificiū spūs contribulati: cu dei benefi-
cia recolis imolas deo sacrificiū laudis:
bonū aīe ornamentū pfessio que z pecca-
tores purgat z iustū reddit purgationem.
Quarto valet ad euitandū pfusionē
future dānationis qz nisi homo per cofes-
sionē peccata sua ad salutē detegat deus
peccata illius reuelabit in futuro ad dam-
nationē. Unde scdi regum xij. Dixit dñs
per nathan ad dauid: Tu fecisti abscondi-
te: ego vero faciam verbū istud in cōspe-
ctu israel z in p̄spectu solis. Et ideo glosa
sup psal. xxxj. dicit: **Q**ñ homo peccatuz
detegit deus tegit: qñ homo tegit de⁹ de-
tegit. Si hō agnoscit de⁹ ignoscit. Et glo-
sa super psal. lxxvj. Illis no iudex sed ad-
uocatus est xps qui se ppria pfessioe dāna-
runt. **Q**uinto valet ad placandū deū z
z defendit p̄tra diabolū. Unde propheta:
Ire occupemus faciē eius in confessione.
Figura ad hoc Gen. xliij. Judas q̄ inter-
pretat pfessio: primus cu fratribus suis in-
gressus est ad ioseph qz cofessio primo in-
gredit ad deū. Et iudicū primo q̄rentib⁹
filijs israel post mortē moysi: quis ascēdet
ante nos z erit dux belli? Respondit dñs
Judas ascendet. Item p̄mi Machab. ij.
Judas machabeus factus est p̄nceps ad
bellandū pro fratribus suis: qz pfessio p̄-
cipaliter diabolū debellat. **U**ñ glosa sup
Ebobia: **V**erā confessionē diabolus per-
timescit: z ante faciē eius non subsistit.
Bernardus: **H**umiliter confitenti di-

Confessio qdā
bon⁹ vomit⁹.Similitudo
de fleborbo-
mia.Quibus sit
xps aduoca-
tus.Figura de ex-
cellentia con-
fessionis.